

duabus partibus decimi et cum omni alodatico : totum et ab integro quod de me Gausaldus presbiter tenet vel videt tenere et habere, et in circuitu ipsius ecclesie triginta et unum stadia ; et in campo Moraillo una condamina, omnem sylvarum fructum, id est ad pascendos porcos, ligna ad cale faciendum, ad domos edificandas, concedo monachis ibidem degentibus seu illorum hominibus absque ulla vectigalium redditione; et accipio de facultate Sancte Marie seu Sancti Pétri centum quinquaginta solidos. Est autem ipsa ecclesia sita in episcopatu Gratianopolitanensi, in aice castro que nommant Sancto Georgio (4). Facta carta donationis seu venditionis istius anno ab Incarnatione Domini Jesu Christi millésime sexagesimo nono, in mense marcio, feria ni, régnante Domino nostro Jesu Christo. Sane si quis homo ullus de ulla domo aut ulla potestas sive de heredibus meis qui hanc donationem et venditionem contraire voluerit, non valeat vindicare quod reliquisierit, sedit excommunicatus et anathematizatus et perpetuo anathemate damnatus, et sit anathema maranatha id est perdictio in adventum Domini; omnes maledictiones que in libris Veteris ac Novi Testamenti continentur facto impetu veniant et ruant super eos et super eas qui lioc facere temptaverint vel presumpserint. Datori pax et gloria, virtus et Victoria; ablatori perdictio et mors intransitoria. Signum Aviti, qui hanc cartam donationis vel venditionis scribi jussit et testibus firmavit, manu sua firmat. Signum Gaufredi. S. Wigoni. S. Armanni. S. Acelena, cum filiis suis Gaufredo et Malleno. Signum Arberti. S. Richardi. S. Remestagni. S. Falchoni. Elisiarius scripsit.

C.-U.-J. CHEVALIER.

(4) *Saint-Geoirs*, cant. de Saint-Étienne-de-Saint-Geoirs, même arrond.